

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

## De opere prime diei.

**D**ixitque deus fiat lux. Et facta est lux. Et vidit deus lucem quod esset bona. Et diuisit lucem a tenebris. Appellauitque lucem diem. Et tenebras noctem. Factumque est vespere et mane dies unus. Moyses mirum artificium diuina non humana industria totius nature secretis apte conueniens in suo libro ostendit. quod omnem doctrinam et eloquentiam et ingenium superat. Gloriosus enim deus. qui est vera lux. lucemque diligens. omnia in luce faciens. Mundum fabricam a luce rectissime inchoauit. Que tribus diebus usque ad quartam (in qua lunaria formata sunt) circuitu suo diem naturale pegit. Extatque nobilissimum corporum spirituali creature finitimum atque optimum. suam pulcritudinem maxime conuincans. Cum punctum minimum totius mundi spatium repleat. Ideo lux sola est. quam mundus totus bonus et pulcher est per imaginem suam sine corruptione transiens. Et merito lucem vidit quam bona. Cum nihil aliud sit quam primi boni imago tenuis et umbratilis similitudo. Statim tractate spiritu aquas illas et puadente subiectum iussu dei artificis exorta est lux decus et splendor: ut nubes lucida superiores mundi partes sua claritate illuminas. ut in diluculo fieri solet: per modum solis agitata: superius emisperiunt: et vicissim inferius illuminas. Et postea diuisit: ut tenebre et lux diuersa emiserentur vendicaret. Appellauit lucem diem a claritate quam purgat tenebras: tenebras a nocendo noctem. ne oculi videant. Secundum hanc partem dimensionem die fecit et noctem. quam spatia et orbis temporum perpetuos ac volubiles quos vocamus annos alterna per vices successione perficiat. Ac factum est dies unus: qui fuit primus dies seculi: non primus dierum omnium ideo non primus sed unus nominatus est. Et sic eo die fecit deus materiam informem. Angelos. Celum. lucem. terram. aquam et aerem etc. Spiritus quoque terre binas partes prias inter se diuersasque constituit. scilicet orientem et occidentem. Ex quibus oriens deo accedit. quia ipse luminis fons et illustrator est rex. Et quod oriens nos faciat ad vitam sempiternam. Occidens autem perturbate illi puerque menti ascribitur. quod lumen abscondat. quod tenebras spiritum inducat. Et quod homines faciat occidere et interire peccatis. Nam sic lux orientis est. In luce autem vite ratio versatur. sic occidentis tenebre sunt. In tenebris autem mors et interitum continentur. Deinde alteras partes eadem ratione dimensus est: meridiem ac septentrionem: quae partes illis duabus societate iunguntur. Ea enim quae est sol calore flagrantior propria est: et coheret orienti. At illa quae frigoribus et perpetuo gelu torpet. eiusdem est cuius extremus occasus. Nam sic prius sunt luminis tenebre: ita frigus calori. Et igitur calor luminis est primus: sic meridies orienti: ut frigus tenebris. ita plaga septentrionis occasui. Haec omnia opus quarte diei vberius manifestabit.

